ite g k v x y & z multa varietate gaudent vt partim toto libello conspicis & partim explicabimus vbi ad maiusculas ventum erit

Mediocris autē linea contra naturā, quotiescūq; opus erit (vt in f & t) extenuabitur calamo papyrum molliss̄imè contingēte, qui vbi liberius se huic comiserit naturę debitum reddet.

Quintum caput

Combinationes literarum præter ornatum, in scribendo quoq; celeritatem, ita

suppetut vt nihil æquè, solis etenim ijs inanes pennę traictus euitabiles sunt, quos tamē non sine temporis dispendio figurarum ordinisq; necessitas sepe requirit.

Harum alia est pura cum integrę literę integris perseipsas coherent, vt animal

Alia impura, cum vel pars literę substantialis obscuratur, aut à natiua protractione seducitur, vel præter figuras aphonum aliquid adijcitur.

vt c t.

¶ Pricris hanc accipe regulam.

Omnes literę, quas ab inferiore

GERARDUS MERCATOR *Literarum Latinarum, quas Italicas Cursoriasque Vocat, Scribendarum Ratio* LOUVAIN, 1540 THE LESSING J. ROSENWALD COLLECTION, LIBRARY OF CONGRESS Octavo